Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31476
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

136

ergo aduersus promis
sa dei. Absit. Si enim
data esset lex que posset iustificare: vere
ex lege esset iustitia.
Sed conclusit scrip
tura omnia sub peccato
: ut promissio ex fi
de iesu xpisti daretur
credentibus Gr. Re
spice domine in testamen
tum tuum et animas pauperum
tuorum ne obliuiscaris in
finem. V. Exurge domine
et iudica causam tuam
memor esto obprobrij
seruorum tuorum. Alla. V.
Venite exultemus domino
iubilemus deo salutari no
stro. In illo. Lucam. sto.
te. O. i. d. s. Beati
oculi qui vident q
uos videtis. Dico e
nim vobis quia multi
prophete et reges voluerunt videre que vos
videtis et non viderunt:
et audire que audi
tis et non audierunt.
Et ecce quidam legis
peritus surrexit tempt
ans illum et dicens:
Magister: quid fa
ciendo vitam eternam
possidebo. At ille
dixit ad eum. In le
ge quid scriptum est:
Quomodo legis.
Ille respondens dixit. Di
liges dominum deum tuum
ex toto corde tuo: et
ex tota anima tua
et ex omnibus viribus
tuis et ex omni men